



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae.|| In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-||clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-||phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

De autoritate & sanctitate Birgitt[a]e. Cap. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

populum: Pax erit vobis, non veniet super vos malum, quis enim affuit consilio domini, & vidit, ac audiuit sermonem eius: Sic (teste saluatore) multi pseudoprophetae surrexerunt, & seducunt multos, quonia abundat iniquitas, & refrigescit charitas multorum. Ad hoc illud Petri: Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes: Vbi est promissio, aut aduentus Christi? latet enim eos quod caeli erant prius, & terra de aqua. Apostolus igit nos rogat, vt non cito moueamur a nostro sensu, neque terreamur quasi instet dies domini, ne quis nos seducat. Quinimod, va his qui proferunt de corde suo, qui ambulant post spiritum suum, qui dicunt, haec dicit dominus, & dominus non misit eos. Vnde Christus ad Birgittam: Caue omnino ne vnum verbum de spiritu tuo addas ad verba spiritus dei.

VIII § De huiusmodi falsorum prophetarum numero supra nominati sancti non fuerunt, qui diligenter cauerunt, ne quid ex proprio capite diuinarent. Quod ex eo deprehenditur, qui in omnibus exhibuerunt semetipsum sicut dei ministros, quoniam vitam suam in sui humiliatione, in multa patientia, in castitate, in scientia, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in conuersatione munda, honestateque condigna, in seruire iustitiae, in omni denique virtute peregerunt, finem suae vitae sanctum adepti, suas reuelationes dum viuerent non retractauerunt, sed eis firmiter inheruerunt, ac tandem sua morte confirmauerunt. Nam ossa sanctorum etiam post mortem prophetant: siquidem homo mortuus reuixit, cum tetigisset ossa praemortui Helisaei prophetae. Et Samson multo plures interfecit moriens, quam ante viuos occiderat. Quippe anima viri sancti enuntiat aliquando vera plusquam septem circumspectores, sedentes in excelso ad speculandum.

IX § In testimonium itaque & ostensionem veritatis praedictarum reuelationum post eorundem prophetarum mortem, per ipsos deus cunctipotens crebra miracula fieri concessit, ecclesiam suam commonendo, vt nonnullos ex dictis nouis prophetis, tanquam dei electos in catalogum sanctorum sublimaret. Hinc praesumitur quod illi habuerunt influxum spiritus sancti, & luminis supernaturalis, ac manifestationem certorum futurorum euentuum ad nostri instructionem, & emendationem spectantium. Nam in omnibus suis reuelationibus nil inhonestum, vel rationi contrarium, sed cuncta sacrae scripturae & fidei catholicae, ac iuri communi consona spiritu prophético praedixerunt, & euentura nuntiauerunt. Enixi enim sunt per sanas doctrinas informationes, & reuelationes in praesenti vitiorum caligine, & tempore periculoso, homines modo viuentes, ac posteros instruere, & ad bene viuendum inducere, ad fugiendum ab ira dei & a tuo terribili iudicio nobis imminente ex districta eius iustitia. Porro quae prophetica veritatem attollunt (prout Thomas narrat) sunt ista, videlicet cognitio intellectus, seu imaginaria visionis, & eiusdem fidelis denuntiatio, sequensque per miracula confirmatio.

X § Ergo concluditur quod ipsorum reuelationes eis non ex immisione diaboli, sed diuinitus fuerunt infusae. Siquidem diabolus homines destruere, & a fide seducere semper conatur. Illi vero sancti prophetae conatum suum ad dei laudem, & ad aedificationem, cautelamque proximi direxerunt. Cum autem Birgittae reuelationibus comunius quam aliorum in sequentibus vtar, necessarium duxi de ipso Birgittae sanctitate & autoritate aliquid in medium esse afferendum.

De sanctitate & autoritate Birgittae. Cap. III

Futura praenoscendi & reuelandi munus foeminis praemaribus esse datum, Henricus de Hassia arbitratur, quia deus infirma eligere consuevit ad confortandum fortia. Sic philosophos supernam veritatem celauit, & foeminis aliquando communicauit. Mirandula quoque inquit: Foeminae sunt humidioris naturae, vt in eas rerum species impensus fluant. Sunt praeterea anxiae & plerumque voracidae. Qua de re crebriores illis reuelationes fiunt, tametsi ipsae credulae interdum delirant, & facilius falluntur.

I § Birgitta vero reuelationes diuinorum eloquiorum similitudinem & imitationem sacrarum scripturarum praeseferunt, humanaeque rationi & prudentiae

Mat. 24
2. Pet. 3
2. Theff. 2
In scdo prolog. Matth.
Birg. ext. 46
Apo. 22

2. Cor. 6
Ecc. 48. 49
4. Regum. 13
Iudi. 16
Ecc. 37

22. q. 174. ar. 4. & in de veri. ma. 12 ar. 13. & 14

1. Cog. 1.
Picus de prenotione li. 9 c. 2. 4. 6

DE SANCTA ET AVTHORITATE BIRGITTAE

tae conueniunt, suadent enim poenitentiam, & vitae emendationem, ac futura do-
cent praecauere pericula quae eidem reuelata sunt gratia utilitatis Christianae reip.
Ipsius namque reuelationes, mores hominum & diuinum cultum potissimum concer-
nunt. Non refert, quod sint in salsa, & minus elegantes, rudique stilo prolatae ex con-
ditione scilicet illiteratae, & vetulae saeculae, hoc easdem reuelationes potius confir-
mat, quam infirmat. Meliores enim sunt sermones veri, quam disertum. Nam si reuelationes
falsae, aut fictae, aut alias ex dæmone essent, proculdubio terribilibus verbis, venustiori-
que elegantia editae fuissent, quam mendacia & figmenta poetico stilo, & superba di-
serto profertur consueuerunt, quo auidius legantur, atque facilius credantur. Dæmones enim
qui mala suadent, & vitia docent, per mundanā eloquentiā lucē veritatis obumbra-
re satagunt. Botuidus itaque Birgittae mulieri sanctae a deo impetrauit gratiam dei, ut
videret, audiret & sentiret spiritualia, & quod eius animā spiritus dei inflammaret.

Birg. ext. 71
Vide Anth.
3. pr. sui hist
11. 24. ca. 11.
per totum
3. Birgitt. 31.
4. Birgitt. 100
Silt Dio. ad
Thimo. de
pau. scri.
Prouer. 8
Birg. ext. 51.

II § De ea Alphonsus in prologo, quae scripta in volumine reuelationum
ipsius Birgittae, narrat quod fuit illustris domina Suetiae, decus omnium saeculorum, quae per
diuersa climata orbis, ex praeccepto diuino diffudit verba & monita dei diuinitus
ei reuelata. Ea quidem deus ecclesiae militanti in solatium & reformationem destina-
uit. Qui dignatus mederi homines, eis haec verba per Birgittam misit in mundum, quae sunt
quasi phistula spiritus sancti, per quam ipse dulciter sonaret sonum ad honorem dei & utilita-
tem hominum. Iusti fuerunt omnes eius sermones, in quibus non est prauum quid, neque per-
uersum. Propterea Christus de ipsius Birgittae praenosticationibus cuidam archiepiscopo
procepit, dicens: Assume verba mea, quae recentia non putrida sunt, sanam & re-
ctam fidem sapiunt, digna & abilia sunt auro diuino, ducunt ab amore mundi ad
amorem dei, de inferni via ad caeli celsitudinem.

Birg. ext. 116

III § Birgitta autem fuit humilissima, sub obedientia viuens, cuius mens in ex-
tremam raptam, sensit dulcedinem amoris diuini, tandem finem sanctum fecit & ob-
sequentiam miraculorum per Bonifacium nonum, Martinumque quintum canoniza-
ta, & in sanctorum catalogo est relata. In quorum pontificum bullis exprimitur quo-
modo Birgitta per gratiam spiritus sancti promeruit spiritu prophético multa praedice-
re, quorum nonnulla et tunc effectu completa fuere, prout in eius reuelationum volu-
mine plenissime describitur. Talem canonizationem Christus Birgittae praestendit,
dicens: Anima tua sic imprimetur spiritui sancto, ut post mortem tuam dice-
tur a multis. Ecce iam videmus quod spiritus sanctus cum illa erat. Ideo nemo dubitare
debet ipsius Birgittae reuelationibus & monitis esse standum atque credendum, si-
cuti Alphonsus per multa argumenta in praefato prologo plene deducit & suffi-
cienter probat. Eius equidem nonnullae reuelationes iam ad effectum sunt dedu-
ctae, ut patebit inferius de Cypris, Graecis, & nonnullis alijs. Profecto tanta futu-
rorum lux in pectore contagioso effulsisse non est credibile, quam spiritus dei discipli-
nae effugit fictum, ac non requiescit, nisi super quietum, & humilem, trementem
sermones domini. Quare ipsa Birgitta omni sanctitatis praerogatio extollenda
eiusque prophetica scripta in pretio magno sunt habenda.

Sap. 1. in pri.
Esaia. 66

III § Ad maiorem denique fidem, quod verba dei Birgittae reuelata vera sint, & a
syncera fide non discrepent, annotari possunt plura verba per Christum, & sanctos
eius expressa, & in reuelationibus Birgittae comprehensa, prout aliqua hic subsequen-
tur. In primis dominus Iesus ad Birgittam inquit: Ego elegi te mihi in sponsam, ut osten-
dam tibi secreta mea, quia mihi sic placuit. Et infra: Ego aperui tibi oculos spirituales,
ut videas spiritualia: aperui aures, ut audias quae spiritus sunt. Item talia loquor & tanta
ostendi tibi, non propter te solam, sed propter aliorum eruditionem & salutem. Et infra: Mi-
hi placuit eligi te Birgittam in spiritum meum, qui de insipientibus facio sapientes, de pecca-
toribus iustos, ideo humilia te in omnibus, & non turberis, nisi de peccatis tuis. Itē pla-
cuit deo propter misericordiam suam, & suorum amicorum petitionem, vocare Birgittam in
spiritum sanctum, ad videndum, audiendum, & intelligendum spiritualiter ad hoc, ut ea
quae audierit in spiritu, debeat alijs reuelare secundum dei voluntatem.

1. Birg. 2
2. Bir. 10
2. Bir. 15

3. Birg. 5

4. Bir. 77
4. Bir. 143

V § Item Christus ad Birgittam: Tu es vas meum proprium, quod implebo. Spi-
ritus meus monstrabit tibi quid loquaris, intrepide debes dicere quod tibi man-
dauero. Et infra: Ego loquor cum muliere verba mirabilia ad animarum salutem &
utilitatem

§. c. 2. §. 9 &
§. c. 4. in pri.
& §. c. 31. §. 15

Di. 39. sedlo
§. i. prof. §. 3
& §. c. 15. §. 17
§. eo. §. 8
§. c. 2. §. 9

§. c. 4. in pri

§. c. 2. §. 8
In bulla ca-
nonizationis
§. eo. §. 5
§. in prof. §
6. & §. ca. 4
§. 11.

§. c. 45 §. 10. 11
§. c. 2. in pri
& §. eo. §. 7
& §. c. 30 §. 13

§. c. 2. §. 9
§. eo. §. 6

§. ca. 31. §. 9.
in fi.

utilitatem vt mali emendentur, boni q̄ meliores fiant. Idem ad Birgittā: Clamo
 verba mea, quæ tu in spūali visione audis. Et infra: Si verba ista venerint de spū
 tuo, vel de spū huius mundi, merito tibi esset formidandū, sed quia sunt de spiritu
 meo, quē habuerūt prophetæ sancti, ideo nō est tibi timendū. Birgitta ad Chri-
 stū: O dulcissime deus, mirabile est q̄ soporas corpus meū spūali sopore, & tunc
 excitas animā meā ad videndum, audiendum, & sentiendū spiritualia. Cui Chri-
 stus: Misi verba mea seruatoribus meis per te, quæ es vas meū quod implere & ex-
 haurire volo ad velle meū, spiritus sanctus docebit te quo ibis, & quid loquaris,
 ideo loquere intrepide quæ iubeo, quia nullus cōtra me valebit. Et infra: Nunc quæ
 impietas & superbia inualefcit, & passio mea quasi neglecta est, ideo p̄ te misi ver-
 ba oris mei mundo, quæ quicūq̄ audierint & sequuti fuerint, felices erunt. Et in-
 fra: Ea quæ à me audieris, scribe & mitte ad amicos meos, vt illa feminēt inter gē-
 tes, si forte cognoscere velint ingritudinē suā & patientiā meā, quia ego deus
 surgere volo, & ostēdere gētibus iustitiā & charitatē meā. Et infra: Tu quæ spūa-
 lia vides, nō ideo silere debes, quia vituperaris, nec ideo loqui quia laudaris, nec ti-
 mere debes q̄ verba mea cōtemnantur, & nō statim perficiunt, nā illū qui me cō-
 temnit, iudicat iustitia, qui vero obedit, remunerat misericordia.

VI § Caræ q̄ pauci recipiunt & credūt verba cœlestia diuinitus Birgittæ
 data, hoc nō est culpa dei, sed hominū, qui volūt dimittere frigus mētis suę. Nam
 etiā verba euangelica nō sunt cōpleta cū primis regibus illius tēporis, sed adhuc
 veniēt tēpora quibus cōplebunt. Labora igit tu (ait Chrūs ad Birgittā) & coope-
 rare quantū poteris, ego autē perficiā, dū mihi placuerit. Et infra: Nō loquor pro-
 pter te solā, sed propter salutē oīm Christianorū. Audi igit quæ loquor: Tu quidē
 eris spūsa mea & canale meū, audies & videbis spūalia & secreta cœlestia, & spūs
 meus remanebit tecū vsq̄ ad mortem. Possent præterea plura alia Christi elo-
 quia & responsa, ad hunc passum facientia induci, quæ spatim in volumine reue-
 lationum Birgittæ continentur, ad quæ lectorem remitto.

VII § Cur vero Birgittæ fœminæ fragili & literarū experti, non autē alicui
 viro prudētī? Aut cur in lingua vulgari paucis nota, & nō in latina oibus cōmuni
 factæ sunt reuelatiōes? Desuper Christus respondit: Multi prophetæ per inter-
 pretē verba spūs dei protulerunt. Sic tibi Birgittæ, tanq̄ instrumento nouo ostē-
 dere volo noua & vetera, vt superbi humilientur, & humiles glorificentur. Nam
 sæpe deus abscondit secreta à sapientibus & prudentibus, & reuelat ea paruulis
 & humilibus, quibus dat gratiā resistendi superbis, quia sic fuit placitū ap̄e dñi,
 qui elegit infirma mūdi vt cōfundat fortia. Equidē Birgitta fuit mulier corpore
 gracilis, ideo eius sermo cōtempribilis ab his, scilicet qui eiusmodi sunt. Ipsa vero
 nō gloriabatur, nisi secundū mensurā regulæ qua mēsus est ei deus mensurā per-
 tingēdi vsq̄ ad nos. Quamobrē huius Birgittæ prophetica scripta ob sexus fra-
 gilitatē nemo aspernetur. Liqueat nanq̄ dei filium non de virili, quanq̄ digniori
 sexu, sed de muliebri hūanā assumere naturā, suāq̄ resurrectionē mulieribus pri-
 mitus reuelare, vt eundē sexum dignificaret, & à quo prima venerat maledictio,
 ab eo etiam inciperet, manifesteturq̄ benedictio.

VIII § Similr spū prophético dotata fuit Catharina Senensis, cui in raptu
 seu extasi iacenti deus colloctus est, vnde ipsa multa occultissima reuelabat, imō
 etiā diuina p̄scrutabat arcana, q̄ licet lingua mortalis effari nequeat, tū ea, inquan-
 tū decuit, ipsa Catharina praxi muliebri & vernacula lingua p̄ modū dialogi ad
 ædificationē Ch̄ifidelīū humiliter ædedit, q̄ postea vnā cū quibusdā orationibus
 eius cōfessor in leue dicēdi genus trāstulit. Neminē autē terreat, seu fastidio amo-
 ueat, à credēdo reuelatiōibus Catharinæ inferior latino eloquio oratiōis stilus, il-
 linc em̄ reḡ decor, & aiæ honor, nō verborū color expetēdus est, nec ob sermo-
 nis infantiā rōnis elegātiā cōtemni debet. Ois equidē ipsius Catharinę sermo est
 de moribus, de religiōe, de amore dei & proximi, & de reformatiōe ecclesiæ. Vn
 de apud eandē inquit oipotēs: Linguas spūs sanctus erudit, vt annūtiēt veritatē
 in bonū seruoꝝ dei, malignus vero spūs instruit, disertasq̄ facit linguas in malū
 seruoꝝ suorū. Minime igit dubito credere p̄ his dictis & reuelatiōibus Senēsis Ca-
 tharinę

¶.eo. §.3
 ¶.c.32. §.9
 ¶.c.15. §.33 &
 ¶.ca.32. §.9.
 in fi.
 ¶.c.2. §.1. &
 ¶.c.4. ¶. in
 prim. concl.
 ¶.c.32. in pri
 ¶.c.18. §.1.
 ¶.c.2. §.5
 ¶.c.2. §.6
 ¶.c.33. in pri
 ¶.ca.34. §.4
 ¶.ca.2. §.4
 ¶.c.4. §.1
 ¶.eo. §.2
 ¶.eo. §.3
 ¶.eo. in pri.
 & ¶.c.10. §.2
 ¶.c.10. §.2
 ¶.c.25. §.3
 ¶.c.2. in fi.
 ¶.iprof. §.3
 & ¶.c.18. §.4
 ¶.eo. §.1. &
 ¶.c.12. §.4 &
 ¶.c.33. §.7

5. reuelatiōe
 11. & c. 12
 6. Birg. 5a
 6. Bir. 67
 6. Bir. 101
 8. Bir. 55
 8. Bir. 48
 Birg. reg. 31.
 Bir. ext. 47
 Bir. extr. 46
 Mat. 11.
 Iacobi. 4
 1. Cor. 7.
 2. Cor. 10
 Mar. 16
 Tho. pr. 3. 9
 31. ar. 4. & 9.
 55. ar. 1. ad. 3.
 De hac Ant.
 3. pr. suę hist
 ti. 25. ca. 14
 per tot.
 Ca. Sen. c. 36
 B 3

DE APPROPINQVATIONE CALAMITATIS

tharina, q̄ olim in tertis vitā duxit angelicā, & nunc in coelis cū angelis triūphat.

Esaiā. 8.
Exod. 15
1. Reg. 1.
Lucę. 1.2
Acto. 21.

IX § Multæ insup alia mulieres olim fuerūt p̄ditæ sp̄i prophético, vt Sybil
læ. Nā & magnus propheta Esaias accessit ad prophetissam. Itē Maria foror A
aron fuit prophetissa ad annūtiandū iudicia diuina. Similiter Anna Samuelis ma
ter, & Elisabeth mater Iohānis, & Anna prophetissa filia Phanuel. Philippus q̄
q̄, vnus ex septē diaconibus, habuit quatuor filias virgines prophetantes.

J. ca. 17. §. 16

X § A sapiētissimo itaq; deo multa in primis Birgittæ reuelata sunt, & p̄ eā
nobis nuntiata de quadā tribulatiōe v̄tura sup totū mundū, p̄sertim aduersus
Christianitatē, cui plerūq; alia nouæ ac veteres prophetiæ correspōdēt, asseren
tes nostris t̄pibus magnā appropinquare calamitatē. Quare de talismodi calami
tatis appropinquatione in sequēti capitulo aliqua prophetica p̄conia notabo,

§. c. 2. §. 9

De appropinquatione calamitatis diu prophetizata. Cap. III.

Cath. Sen. c
94. & §. c. 3.
§. 2 & §. c. 14
§. 14 & §. c.
56. §. 3. Deu.
32. Rom. 15
1. Iohan. 2
Luc. 22. 24
1. Petri. 4
Naum. 1.
Amos. 8
Apo. 14
Ezech. 7

Postq̄ in n̄ra prospitate & solatio à morbo p̄ctōz resurgere nō curamus,
deus optimus & p̄fectus medicus, collirio aduersitatū & igne tribulatio
nū curabit vulnera n̄ra. Vnde relicta est in ecclesia solitudo, & calamitas
opprimet portas, p̄notæ em̄ prophetiæ scriptæ sunt ad correptionem
nostrā, in q̄s fines seculoz deuenerūt. Nā iuxta est dies p̄ditionis, & ad esse festinat
tēpora, & iudicabit d̄ns populū suū. Hora est em̄ iā nos à somno surgere, q̄ iā no
uissima hora est. Quippe Antichristus venit, siquidē multi sunt Antichri. i. eccle
sia & clero cōtrarij. Vnde scimus, q̄ nouissima hora est, & hęc est hora nostra &
potestas tenebrarū, nā aduersperascit, & inclinata est iā dies, & oim̄ finis appropin
quat. Cōpleti s̄nt dies n̄ri, q̄a venit finis noster, & deus nō adijciēt vltra vt per
trāseat nos. Idcirco angelus c̄lamat ad nos modernos Ch̄ianos, dicens: Timete
d̄nm, & date ei honorē, q̄a venit hora iudicij eius vt metat, qm̄ aruit messis terræ.

Esaiā. 24
§. c. 3. §. 1
1. Cor. 10
J. ca. 17. §. 12 &
J. ca. 27. §. 5 &
J. in fi. cōclu
J. ca. 34. §. 4
& J. c. 37. §. 2
J. ca. 19. §. 17

I § Certe instat modo finis t̄pis, de q̄ scripsit Ezechiel, inquit: Venit finis
sup quatuor plagas terræ, nūc finis sup te, & mittā furorē meū in te, & iudicabo
te iuxta vias tuas, & ponā cōtra te oēs abominatiōes tuas, & nō pareet oculus me
us sup te, & nō miserebor, afflictio ecce venit, finis venit, venit tēpus, prope ē dies
occisiōis. Nūc de p̄pinq̄ effundā irā meā sup te, & cōplebo furorē meū in te. Qui
emit nō lætet, & q̄ v̄dit nō lugeat, q̄a ira sup omnē populū eius. Et infra: Appro
pinquauerūt dies, & sermo oīs visiois. i. reuelatiōis, nō em̄ erit vltra oīs visio cassa,
neq; diuinitio ambigua, nō prolōgabit amplius, sed i diebus v̄tis domus exaspe
rās. Verbū qd locutus fuero, cōplebit dicit d̄ns deus. Et infra: V lulate v̄ v̄ diei,
q̄a iuxta est dies, & appropinquabit dies d̄ni, dies nubes, tēpus gētū erit, & veni

J. ca. 34. §. 9
in fi.

Ezech. 12

Ezech. 30

Iohel. 3

Esaiā. 15

Hiere. 6

Osee. 9

Iohel. 2

Abdiā. 1.

Sopho. 1.

Mat. 3

Luc. 3

Mat. 24

Daniel. 8. 9

II § Rursus deus apud Iohel inuehit cōtra nos his verbis: Et (et gladius,
si vlciscimini vos cōtra me, cito velociter reddā vicissitudinē vobis sup caput ve
strū, quia iuxta est dies d̄ni in valle cōcisionis. Itē Esaias: V lulate q̄a prope est di
es d̄ni, quia vastitas à d̄no veniet. Ecce dies d̄ni veniet crudelis, & indignationis
plenus, & iræ furorisq; ad ponendā terrā in solitudinē, & peccatores eius conte
rēdos de ea. Itē Hieremias: Luctū vnigeniti fac tibi planctū amargū, quia repente
veniet vastator sup vos. Itē in Osee: Venerunt dies visitationis, venerūt dies re
tributionis, profunde peccauerunt, sicut in diebus Gabaa, recordabit iniquitatis
eorū, & visitabit peccata eorū. Itē Iohel: Cōturbent oēs habitatores terræ, q̄a dies
veniet d̄ni, quia prope est dies tenebrarū & caliginis, dies nubes & turbinis. Simi
lis nō fuit ei à principio, & post eū nō erit vsq; in annos generatiōis. Itē Abdiā:
Iuxta est dies d̄ni sup omnes gentes. Et Sophonias: Iuxta est dies d̄ni magnus, iu
xta est & velox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis.

§. eo. in pri.
& J. c. 19. §. 17
J. eo. §. 2. 3
§. c. 2. §. 6 &
J. eo. §. 6.
§. c. 3. §. 5 &
J. eo. §. 11.
§. eo. in pri.
§. c. 2. §. 3 &
J. eo. §. 7. &
§. eo. in pri.
§. eo. §. 1. &
J. in pri. cō.
J. ca. 41. §. 1.

§. eo. in pri.
& J. c. 35. §. 5

J. c. 54. §. 3
J. ca. 17. §. 31
§. in pro. §. 1

§. eo. §. 1. &
J. c. 7. §. 7

pro